Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26479
Copyright: Admont, Benediktinerstift



te miraculi patefecit. qua apud se claritate spi
ritus fulgeret amici. Nam duo cerei in castro dum
corpus eius eleuaretur accensi. ita ardentes dela
ti sunt usq; ad locum sepulture. Positi autem unus ad
capud altum ad pedes per triginta deinceps dies
mirabile dictu non deficiendo ardebant et arden
do non deficiebant. ut et monstraretur has duran
di uires. cere liquenti celitus attributas. De hus
miraculi materia plurima in posterum uirtu
tes emanarunt. Nam quicumq; dentium fatigati
doloribus uel oculorum lippitudine uel auri
um preclusione laborantes. de eisdem cereis
quippiam cere tulerunt. et locis que eiusmodi
tenebantur incommodis aptauerunt. optata
celeriter dona percepere salutis. Post hec tanta
uirtus ad sanandos uarius infirmitatibus
depressos. apud sepulchrum beati uiri cunctis
illuc uenientibus et orationum eius suffragia